



kann, wenn sie zu ihrem Dienst angewendet wird. Man kann es nicht stärker und richtiger sagen, als es der Philosoph in folgender Stelle thut: Constat martyres cruciatus exquisitissimos sustinuisse non alia ratione, quam forti imaginatione futuræ voluptatis, nam alioquin dolori aut voluptati obsistere nobis impossibile est nisi contrariis oppositis. Sapiens erit semel in universon sibi firmiter imprimere *pulchritudinem* futuræ vitæ, i. e. *Dei* in quo consistit & amor *Dei*, seu harmonia rerum. Hanc si satis fortiter impresserit, si ex hac voluptatem perpetuam capiat, si hæc semper recurrat, duo sequentur, tum ut homines semper agendo respiciant finem, tum ut nullis tormentis ab amore *Dei* separari possit. — Diese psychologischen Erfahrungen und Grundsätze enthalten eben dasjenige, woraus der Werth und Gebrauch der Beredsamkeit und Kunst zu dichten, auch aller übrigen nachahmenden Künste muß bestimmt werden. Dieses thut Leibniz, da er weiter fortfährt: Hæc imaginatio in optima republica ab infantia usque, *omni artificiorum apparatu* hominibus sine discrimine, sapientibus non minus quam Vulgo, imprimi deberet. Neque hic sapienti oberit, Poematis & allegoriis & fabulis & adumbrationibus & variegationibus uti; quia ad rem per se *optimam* omnia media recta sunt, & nemo magis indiget his quam sapientes, qui solent alioquin omnium minime affectibus obnoxii esse, ac proinde nec forti imaginatione valere, atque hinc doloribus ægre obsistere — Fit autem fortis imaginatio aut *pieturis* aut *sonis*, nam caeteris sensibus paullo crassioribus res non æque significantur. *Picturæ* explicatiores, *soni* fortiores, quia illic status, hic motus. *Verba*, *soni* sunt, memoriam *picturarum* imprimis, seu rerum visarum excitantes. Unde verba in *Cantiones* redacta, quia simul & *picturas* excitant & *sonos* exhibent, incredibilem habent vim movendi. Nec dubito posse hominem cantibus in furorem agi, sopiri, excitari, irritari, ad risum, ad fletum, ad omne affectuum genus commoveri. Et video postremos reli-